

# APPENDIX

## De Coloribus mapparum operi adjunctarum vel Illuminatione.

**Q**uo planiora forent, quæ hoc opere de Regno Davidico & Salomonæo, variisque statibus regionum in mappa expressarum proposita extant, necessarium visum, ut non una solum mappa vel unum ejus exemplar (ut loqui solent) coloribus illustratum exhiberetur, sed & plura, diversos hosce status graphice representantia.

Sufficere tamen in præsens credimus, si tria potissimum proponerentur schemata talia, factura ad cognitionem quoque reliquorum statuum.

Quorum adeo explicatio habetur in sequentibus.

### SCHEMA I.

#### Statum regni sub **DAVIDE** & **SALOMONE** exhibens.

##### I. REGNUM Davidicum & Salomonæum

Regnum { JUDÆ  
ISRAELIS

Acquisita ex { Amalekitide  
Idumæa  
Moabitide  
Ammonitide  
Agarenis & Tobæis  
Syria Aramæa & Zobæa

Philistæi tributarii

##### II. Phœnicii

##### III. Gentes Syriacæ

{ Cis Euphratem, quarum  
Chamath, Thogar circa  
Antiochiam, &c  
Trans-Euphratenses, vel  
Assyriæ.

##### IV. Gentes Asiaticæ

##### V. Cyprus Inf.

VI. Arabia duplex { Cis Elaniticum sinum  
Trans Elaniticum sinum

##### VII. ÆGYPTUS

##### VIII. Æthiopia.

### OBSERVANDA.

Peculiare Schema de statu sub Regnis Judæ & Israëlitis divisim exhibere non placuit. Facile enim is e priori schemate intelligitur, modo notetur

Ad regnum JUDÆ pertinuisse

- 1) Judæam, tribum sc. Judæ & Benjaminis
- 2) & Idumæam, sub regibus scilicet Josaphato, Amazia & Huzzia

Ad regnum ISRAELIS spectasse

- 1) Ipsum Regnum Israëlitis, decem reliquarum tribuum, cum Philistæa tributaria,
- 2) & Moabitidem: usque ad mortem scilicet Achabi regis,
- 3) nec non Hagarenorum ditionem, sed solum a tempore Jeroboami II.
- 4) itemque Syriam Aramæam & Zobæam ipsam, sed pariter solum tempore Jeroboami illius II.

Reliquarum vicinarum regionum eandem fere conditionem fuisse ac schemate I. indicata extat.

SCHE-